

S. VITERBVS EPISCOP. AVGVSTANVS.



**S**anctus Viterbus bonarum artiū amore in monasterium Eluuangen ingressus est, ut & literis operam daret, atq; pietati incumbet. In eo enim loco paulo ante schola fundata, atq; monasterium constitutum fuerat. Vbi cum plurimum profecisset, secundus eius loci abbas electus fuit. Eam functionem cū magna laude subiret, Pipino regi Francorum charissimus extitit. Itaq; cum Marcomannus Augustanus præfus obiijsset, Viterbus ob eruditonem & uitæ sanctimoniam in eius loci Episcopum electus est. Id quod accidit circa annum Domini 770. Sunt tamē qui annis 20 eum iuniorem faciunt. Eam Ecclesiam per annos 16 magna dexterritate administravit, atq; unicè eō respexit, ut eius loci incolæ pacē custodirent, atq; Deū pia mente colerēt. Nam eo tempore Carolus Magnus grauiissima bella cū duce Bauariæ exercebat. Cū hoc modo feliciter perrexisset, atq; suo exemplo plurimos ad pietatem adduxisset, tandem moriēs, Tossone successorem habuit, ipse autem inter sanctos relatus fuit. Anon. in Episcop. August.